JURISTISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 1. Hälfte 15. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35496
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



intencionem interrogatus de fama. Respondit
quod de omnibus premissis per eum depositis
in villa supradicta et in aliis locis
vicinis sit publica vox et fama. Interrogatus
quid sit fama et unde provenit et quot
homines faciunt famam respondit se nescire
nec intelligere.

Qualiter dicta testium debeant remitti iudici

In nomine domini amen. Testes scripti pro parte
domini Iohannis rectoris illius ecclesie. Et contra dis-
cretum dominum P. rectorem ecclesie in tali loco
in causa que vertitur inter partes predictas
de mandato venerabilis domini officialis pragensis
iudice partium predictarum per me P. ta-
lem notarium publicum sunt diligenter exa-
minati ut infra sequitur. Et tunc ul-
terius subscribe sub termino ponendo at-
testaciones. Ecce anno nativitatis indicione
quibus supra lune die talis mensis Septe-
bris hora et loco prescripta prefato domino
iudice ad reddendum iura iudicio presi-
dente competentibus procuratoribus partium